



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 19. Secunda & tertia hujus relationis pars.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

„etiam ut nihil doceretur, traderetur Sæc. XVIII.  
 „& proponeretur, quod dictæ Bullæ ad A. C. 1729.  
 „versari posset, atque uno verbo eo-  
 „dem modo, iisdemque cautionibus  
 „servaretur, ac ipsa Constitutio Vi-  
 „neam Domini Sabaoth Anno 1705. in-  
 „scripta in vestris Commentariis. „  
 „Concludimus ergo, quod, etsi Col-  
 „legæ nostri dissidentes istud conseque-  
 „rentur, quod tamen pernegamus, Con-  
 „clusionem sacræ Facultatis hoc unum  
 „ferre, nempe inscribendam esse consti-  
 „tutionem, operam adhuc suam perderent,  
 „& in ipsamet Constitutionis inscriptione  
 „approbationem ejus, velint nolint  
 „authenticam agnoscerent, sicque Con-  
 „stitutionem a sacra Facultate tunc  
 „temporis receptam bona fide fate-  
 „rentur. „

§. XIX.

*Secunda & tertia hujus relationis  
pars.*

Altera die Syndicus reliquas hujus re-  
 lationis partes prælegit, his ver-  
 bis conceptas :

„Dolentes nunc aggredimur secun-  
 „dam Relationis nostræ partem. In  
 „ea enim multa occurrunt, quæ æter-  
 „no fuissent sepelienda silentio. „

Sæc. XVIII.

A. C. 1729.

„Sapientissimi Magistri Deputati ad  
 „stuporem attoniti hæserunt, cum a-  
 „peritis libris vestris & Commentariis,  
 „quorum copiam habuimus, ac rese-  
 „ratis Doctrinæ arcanis, intueri da-  
 „tum est, quam decolor deinceps ac de-  
 „formis facta fuerit sacræ Facultatis  
 „doctrina, ac Ecclesiæ dispersæ concla-  
 „mata auctoritas, unum Concilium  
 „generale velut supremus Judex con-  
 „troversiarum habitum; læsa sum-  
 „mi Pontificis & Episcoporum sacra  
 „dignitas; Presbyteri simplices Epi-  
 „scopis fere æquati; iudicium in  
 „res fidei non a simplicibus modo  
 „Presbyteris, sed etiam a Laicis te-  
 „mere vindicatum & usurpatum;  
 „Ecclesia exhibita ac repræsentata te-  
 „nebris tota fere obtecta & quali ex-  
 „tincta, vix ut tenuis quædam illius  
 „scintilla remanere videretur, ad ipsas  
 „mulierculas & *Plebeculana* misere red-  
 „acta. „

„Ad hæc si addideris Scholæ di-  
 „sciplinam. Quam tunc mollis & la-  
 „xata? Ob exilium fortiter toleratum,  
 „inquietabat Syndicus Ravechet, æquif-  
 „simum erat, ut Baccalaurei, quos  
 „Rex puniverat, compensarentur effusa  
 „in ipsos dispensationum cujuscumque  
 „generis licentia, hoc est in rei veri-  
 „tate, ut ad contemptum Regiæ Maje-  
 „statis,

„statis, quod peccatum fuerat, laudi  
 „& merito verteretur. Nullus in di- Sæc. XVIII.  
 „spensando modus, sive in examinibus A. C. 1729.  
 „adhibendis, sive in Thesibus celeb-  
 „randis, sive etiam in ipsa, ut vocant,  
 „resumpta ante præscriptum tempus  
 „celebranda, ita ut uno & eodem  
 „quasi momento, quidam simul & Bac-  
 „calaurei & Magistri facti fuerint.,

„Adderem adhuc multa, nempe  
 „prorsus neglectam, ac inde dilapi-  
 „datam rem familiarem S. Facultatis,  
 „& antiquos ejus codices dispersos un-  
 „dequaque & magna ex parte deper-  
 „ditos; sed nostris Fratribus parcen-  
 „dum.,

„Die prima Octobris 1715. S. M. N.  
 „le Rouge expleto cum laude Syndi-  
 „catus sui biennio successorem petiit.  
 „Electus Sapientissimus Magister No-  
 „ster Hyacinthus Ravechet. Ubi talis  
 „Syndicus electus est, subodorati sunt  
 „e nostris plurimi, meditato consilio  
 „hanc factam fuisse electionem: Rem  
 „probavit eventus. Illico D. le Rouge  
 „nihil tale cogitanti, imò nequidem  
 „pro more literas commendatitias,  
 „sibi tamen merito debitas, postulanti,  
 „assignati sunt Deputati censores, qui  
 „in ipsius Syndicatum inquirerent.,

„Die secunda Decembris ejusdem  
 „Anni 1715. Sapientissimus Magister  
 „Hum-

Sæc. XVIII. „Humbelotus gravem querelam infi-  
 A. C. 1729. „tuit aduersus orationem, quam D. Ra-  
 „vechet novus Syndicus ad Sacram  
 „Facultatem habuerat die quarta No-  
 „vembris præcedentis, cum gratias  
 „ageret ob delatum sibi honorem Syn-  
 „dicatus, hanc orationem dixit D.  
 „Humbelot injuriosam esse summo Pon-  
 „tifici, Clero Gallicano, memoriæ Lu-  
 „dovici decimi quarti, serenissimo Re-  
 „genti, eoquod quæ protulerat, tende-  
 „rent ad infirmandam Constitutionem  
 „*Unigenitus*, quam, addidit D. Humbe-  
 „lotus, acceptaverat *una voce*, S. Fa-  
 „cultas. Arrepta hac occasione Syn-  
 „dicus Ravechet reclamavit, & actio-  
 „nem calumniæ & contumeliæ indixit  
 „adversus D. Humbelot, postulavitque,  
 „ut omissis omnibus aliis negotiis, de  
 „illa una expostulatione deliberare-  
 „tur, nec prius ex Aula discederent  
 „Magistri, quam deliberatio fuisset ab-  
 „soluta.,

„Continuo pronuntiatur in Comitiiis,  
 „calumniosam esse & injuriosam ex-  
 „postulationem D. Humbeloti. Fertur  
 „Decretoria sententia, qua Magister  
 „prædictus excluditur a Comitiiis & ab  
 „omnibus muniis Magistri, donec pa-  
 „lam & publice revocasset factam ex-  
 „postulationem, & veniam petiisset  
 „humilime: insuper additur falsum  
 „esse

„esse, quod prædictus Magister dixerit Sæc. XVIII.  
 „Constitutionem *Unigenitus* acceptatam A. C. 1729.  
 „fuisse a sacro Ordine *una voce*. „

„Observeate, si placet Sapientissimi  
 „Patres. *Modalis* est, ut ajunt, hæc  
 „propositio, supponitque revera accep-  
 „tatam Constitutionem, tametsi non  
 „*una voce*. Verum expectate tantisper.  
 „ex modali statim fiet absoluta. Nam-  
 „que promptum Syndicus adhibet re-  
 „medium: Atque cum esset vir ad  
 „quodlibet audendum projectus, verba  
 „ista *una voce*, delet ex *Plumitivo* Con-  
 „clusionis latæ die secunda Decembris,  
 „totque lituris deformari ac eradi. cu-  
 „rat, ut vix hodie legi possint. „

„Fraudulenta certe est ista Con-  
 „clusio. Conscientiam Magistrorum,  
 „qui interfuerunt interrogamus, an ea  
 „de re tunc actum fuerit, an propo-  
 „situm, an deliberatum, num acceptata  
 „necne fuisset Constitutio *Unigenitus*:  
 „quam tamen Conclusionem die quinta  
 „Decembris Anni 1715. confirmatam  
 „legimus. „

„Die secunda Januarii Anni 1716.  
 „proposita fuit a D. Syndico quæstio  
 „hæc ex medietatis insidiis gravissima,  
 „utrum scilicet expensæ occasione e-  
 „ditionis Decreti Anni 1714. pro ac-  
 „ceptanda Constitutione; imputandæ  
 „forent

Sæc. XVIII. „forent Facultati? Judicium Syndici  
A. C. 1729. „statim facile mente ante vertitis.,

„Die quarta ejusdem mensis con-  
„cluditur. 1. Impensam illam reci-  
„dere debere in auctores editionis il-  
„lius Decreti. 2. Dictum vestrum decre-  
„tum falsum esse, adulterinum, commen-  
„titium, & ex commentariis eradendum.

„Somnium istud est, ac vana men-  
„tis illusio? ita ne quadam veluti in-  
„cantatione subito evanescit, ac pro  
„falso traducitur Decretum, quod ab  
„annis duobus latum est, confirmatum,  
„ne ullo quidem reclamante, quod Re-  
„giæ Majestati non sine ejus gratula-  
„tione oblatum fuit, jussu Regis typis  
„editum, omnibus distributum? De-  
„cretum, inquam, illud subito falsum  
„& adulterinum declarare absque præ-  
„via ulla judicii forma, nulla facta  
„propositione, nulla deliberatione præ-  
„missa, portentum est, in hoc sacro  
„Ordine plane inauditum.,

„Rem ubi audivit Serenissimus  
„Princeps Dux Aurelianensis, Regni  
„Regens, tantæ temeritati frænum  
„injiciendum esse duxit, ne temera-  
„riam manum, quam in Decretum ve-  
„strum injecerat, forte etiam in For-  
„mularium ipsum & Censuram Arnaldi,  
„homo ille præceps tentaret extendere.  
„Itaque, data gravi ad Syndicum Ra-  
„vechet

„vechet Epistola die septima Januarii, Sæc. XVIII.  
 „declaravit Serenissimus Princeps. nolle A. C. 1729.  
 „se, ut in posterum S. Facultas directe  
 „vel indirecte ullam faceret de Consti-  
 „tutione mentionem; quod, si quis-  
 „piam fervidioris animi, suis mandatis  
 „contrarium aliquid attentaret, se illi  
 „D. Ravecheto in culpam imputaturum.,,

„Hanc impositam sibi silentii legem  
 „dissimulavit & occultavit Syndicus,  
 „veritus, ne, si publica evaderet, le-  
 „gendæ ac confirmandæ conclusioni  
 „latæ die quarta moras injiceret.,,

„Igitur die octava Januarii Conclu-  
 „sionem diei quartæ legi & confirmari  
 „intrepide postulavit. Qua audita sta-  
 „tim summo zelo insurrexit, & oblato  
 „instrumento intercessit Sapientissimus  
 „Magister Leullier, nunc Decanus no-  
 „ster colendissimus. *Non patiar*, ex-  
 „clamavit Syndicus Ravechet, vetat  
 „nobis a Principe imposita silentii lex.  
 „At, quæso, nonne hanc silentii le-  
 „gem, quam heri accepisti, tu ipse  
 „mox infregisti? An quod alteri nefas,  
 „tibi licet, ubi pariter urgent iussa  
 „Principis? „

„Ut viderunt plurimi e Magistris  
 „confirmatam die octava Conclusionem  
 „diei quartæ, integram permanere,  
 „spretum ac conculcatum. *Amicus so-*  
 „lemne Decretum Anni 1714. *su-*  
 „per-



Sæc. XVIII. „peresse spem ullam, futurum ut his  
 A. C. 1729. „turbulentis temporibus sua præsentia  
 „tantam cohiberent audaciam, indigna-  
 „bundi ex Aula discesserunt, atque vi-  
 „ginti duo ex illis, significato statim  
 „intercessionis libello contestati sunt,  
 „falso prorsus asseri Decretum Anni  
 „1714. adulterinum & supposititium esse.

„Capta statim hac occasione, quo-  
 „rumdam verborum prætextu, quæ  
 „injuriosa visa sunt & tenellam gravio-  
 „rum Doctorum modestiam offendere,  
 „hos viginti duos Magistros Comitibus  
 „excludendos censuerunt die quinta  
 „Februarii Anno 1716.

„Devenimus jam PP. SS. ad ulti-  
 „mam hujusce Relationis epocham, ad  
 „diem quintam scilicet Martii Anni  
 „1717. cum ex improvise ecce astant  
 „in hac Aula quatuor illustrissimi Præ-  
 „sules suam ad Concilium generale  
 „Appellationem, advocato sibi Facul-  
 „tatis auxilio, interposituri.

„Quamquam autem summo sem-  
 „per honore ac cultu singulos profe-  
 „quamur Episcopos, eorumque con-  
 „spectu honorifico frui amemus, pa-  
 „ce tamen dixerim, cum unus ex  
 „illis foret extraneus, nec jure Magi-  
 „sterii sedere inter nos posset, in legem  
 „& usum sacræ Facultatis a pluribus  
 „jam retro sæculis constanter observa-  
 „tum,

„tum, eo introducto peccavit Syndi- Sæc. XVIII.  
 „cus; peccavit vero longe gravius, A. C. 1729.  
 „quod, ipso promovente funesta facta  
 „fuerit hic palam ista Provocatio, quæ  
 „tot turbas in Regno concitavit; at-  
 „que idcirco ipse paulopost extra Ur-  
 „bem Regiam amandatus temeritatis  
 „& audaciæ pœnam luit.

„Verum eo jam seposito, formæ de-  
 „fectu longe quid gravius hic Faculta-  
 „tem offendit, & ipsammet Ecclesiam.  
 „Facultatem dico; dum in re tanti  
 „momenti, qualis forte ipsi, ex quo  
 „fundata est, non obtigit, non desig-  
 „natis prius, ut moris est Deputatis,  
 „re non proposita, nec in maturam  
 „deliberationem missa, non explorata  
 „nec ad severioris examinis trutinam  
 „adducta, statim e vestigio, quasi ab-  
 „reptitii, appellandum esse ad generale  
 „Concilium conclamarunt.

„Recognoscitisne, Sapientissimi Pa-  
 „tres hoc in factò mores vestros ac  
 „leges sacræ Facultatis? sed nullas  
 „observare leges statuerat Syndicus  
 „Ravechetus.

„Quantum vero ad Ecclesiam spe-  
 „ctat, læsa ipsius jura, ac supremam  
 „auctoritatem calcatam & contritam,  
 „graviter conquesti sunt Præsules Gal-  
 „licani ferme omnes, hancque dictam  
 „Provocationem ad Concilium generale  
 „tan-

Sæc. XVIII. „ tanquam nullam, frivolam, illusoriam,  
 A. C. 1729. „ temerariam, scandalosam, schismati-  
 „ cam, errori ac hæresi faventem quam-  
 „ plurimi condemnarunt.

„ Licet enim *Concilium generale* in  
 „ aliquibus casibus dici possit absolute ne-  
 „ cessarium; certe ut res sese habent  
 „ in præsentî negotio, ab his Doctrinæ  
 „ capitibus, quæ a summo Pontifice,  
 „ conspirante Episcoporum multitudine  
 „ judicata sunt, provocare, quid aliud  
 „ est, quam ab Ecclesia ad Ecclesiam,  
 „ & ab eodem Tribunali ad idem ap-  
 „ pellare. Quod proculdubio ex sese  
 „ absurdum ac ridiculum est: Ecclesia  
 „ enim dispersa perinde ac in Conciliis  
 „ congregata, vera Christi Ecclesia est,  
 „ *Columna & firmamentum veritatis*, cui  
 „ a Christo dictum est: *Ecce ego vobis-*  
 „ *cum sum omnibus diebus usque ad consum-*  
 „ *mationem sæculi.*

„ Scilicet necesse prorsus est, ad opti-  
 „ mam Republicæ Christianæ constitu-  
 „ tionem, ut semper stet aliquod Tri-  
 „ bunal vivens ac spirans, quo subna-  
 „ scentes fidei causæ supremo iudicio  
 „ finiantur. Nisi ita provisum fuisset,  
 „ pendente ac suspenso, ad quod pro-  
 „ vocatur generali Concilio, cujus ut  
 „ omnes sciunt, convocatio incerta,  
 „ difficilis congregatio, finis nonnun-  
 „ quam multorum annorum opus, hoc,  
 „ in.

„ inquam, suspenso Concilio, quo tan- Sæc. XVIII.  
 „ dem recident Populorum animi? A. C. 1729.  
 „ Quis fidei eorum arbiter & iudex erit?  
 „ An quisque privato iudicio, & spiritui  
 „ permittendus, *ut circumferatur omni*  
 „ *vento Doctrinæ?* Absit. Eorum igitur  
 „ oculis obijcienda semper Ecclesiæ fides  
 „ & auctoritas, per Romanos Pontifices  
 „ & Episcoporum multitudinem pro-  
 „ posita & declarata; in eorum memo-  
 „ riam revocandum præclarum illud  
 „ Bossuetii documentum, quo Eccle-  
 „ siam sanctam, etiam extra Synodum  
 „ positam, per suos Pastores nihilomi-  
 „ nus, Petro Duce, bellantem bella  
 „ Domini adversus hæreses, exhibet  
 „ tanquam terribilem Castrorum aciem  
 „ ordinatam, armis militiæ suæ Rebel-  
 „ lium cervices conterentem, ac de-  
 „ struentem omnem altitudinem extol-  
 „ lentem sese adversus scientiam Dei,  
 „ allidentem, vel in ipso ortu, nascen-  
 „ tes Hæreses, ut parvulos Babylonis  
 „ miseræ, ad Petram, quæ Christus  
 „ est, invisibile bellantis Ecclesiæ ca-  
 „ put; sponsam suam ab alto jugi ac  
 „ perenni influxu movens, prout op-  
 „ portunum judicat, adeo ut etiamsi  
 „ dispersa sit, collectas vires suas, ubi  
 „ opus est, exerat, totaque, cum suo  
 „ visibili capite, procedens, hostes suos  
 „ omni armorum suorum pondere præ-  
 „ mat, vincat ac debellet.

*Hist. Eccles. Tom. LXXIII.*

F

Hæc

Sæc. XVIII. „Hæc sunt fidelibus populis expo-  
 A. C. 1729. „nenda, ut intelligant, docente S. Au-  
 gustino, congregatione Synodi opus non  
 esse, ut aperta perniciæ damnatur, quasi,  
 „inquit S. Doctor, nulla hæresis aliquando  
 nisi congregatione Synodi damnata sit, cum  
 potius rarissimæ inveniantur, propter quas  
 dammandas necessitas talis extiterit, mul-  
 toque sint ac incomparabiliter plures, quæ  
 ubi extiterunt, illic improbari, damnarique  
 „meruerunt.

„Theologi Parisienses Majorum suo-  
 „rum inhærentes vestigiis, aperta con-  
 „fessione, præstito solemni Sacramento,  
 „certa & firma fide credunt, unum  
 „esse jure divino summum in Ecclesia  
 Christi militante Pontificem, cui omnes  
 Christiani parere tenentur. In intimis  
 „visceribus & medullis Theologorum  
 „Parisiensium insculpta vigeant sem-  
 „per reverentia & obsequium erga Petri  
 Cathedram & Ecclesiam illam principalem,  
 unde unitas Sacerdotalis exorta est. Apo-  
 stolicæ Sedi unde Religionis nostræ, pro-  
 pitio Christo, fons, & origo manavit,  
 „communione consociati Theologi  
 „scholæ Parisiensis, maximæ & anti-  
 „quissimæ & omnibus cognitæ, Romæ fun-  
 data & constituta Ecclesie, eam quam ha-  
 bet ab Apostolis traditionem, & annun-  
 tiatam hominibus fidem, per successiones  
 Episcoporum pervenientem usque ad nos  
 indi-

*indicantes, confundent omnes eos, qui quomodo. . . præter quam oportet colligunt.*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1729.

*Ad hanc enim propter potentio-  
rem principatam necesse est, eos qui sunt undique  
fideles; in qua semper, ab his qui sunt undi-  
que, conservata est ea, quæ est ab Aposto-  
lis traditio.*

„A nobis, ut putamus Sapientissimi  
„Patres, jam non expectatis, ut quos  
„Constitutioni Apostolicæ tam abnor-  
„mes errores affingunt Adversarii, hic  
„commemoremus ac serio refellamus.  
„Vel una Ecclesiæ auctoritate, qua  
„recepta & confirmata Constitutio fuit,  
„evanescent ac dissipantur. Nihil et-  
„nim huic Constitutioni, quantum ad  
„auctoritatem quam obtinet, deesse,  
„facile ostendi potest. Summo con-  
„sensu Apostolicæ Sedi adhæret ma-  
„xima multitudo Episcoporum, ne  
„uno quidem in externis Regionibus  
„dissentiente. In una Gallia reluctan-  
„tur numero admodum pauci.

„Verbis quidem in speciem Catho-  
„licis protestantur illi, se Apostolicæ  
„Sedi, tanquam unitatis centro ad-  
„hærescere, sed mera verba sunt, pace  
„ipsorum dictum sit, illusionem ad fucum  
„populis faciendum plena. Cui enim  
„adhærent Ecclesiæ? Quos duces ac  
„Magistros sequuntur? Summum Pon-  
„tificem, cujus Decretum sigillant ac

Sæc. XVIII. „conviciis invereconde dilacerant?  
 A.C. 1729. „Apostolicam Sedem ac universam Ec-  
 „clesiam? At Sedem Apostolicam a Pon-  
 „tifice in ea sedente in præsentî nego-  
 „tio non distinguimus. Ecclesiam vero  
 „universam, cujus partes sunt docere  
 „ac ministerium publicum exercere,  
 „in summo Pontifice & Episcopis,  
 „quos *Spiritus Sanctus* posuit regere Ec-  
 „clesiam Dei, residere agnoscimus. Assig-  
 „nent nobis illos Episcopos, cum qui-  
 „bus animo atque doctrina conjuncti  
 „sunt? Assignent, quo in angulo deli-  
 „tescat illa Ecclesia, quam suam esse  
 „gloriantur? Ubique damnantur ac  
 „censuram reportant.

„Incusabuntne defectum examinis,  
 „& latam ex præjudicata infallibilitatis  
 „Pontificiæ opinionem sententiam?  
 „Falsi statim revincuntur, tot in me-  
 „dium prolatis exterorum Episcoporum  
 „scripto consignatis testimoniis. Ve-  
 „rum istud tantisper demus: Hoc sta-  
 „tuimus & contendimus, quod verissi-  
 „mum est, legem publicam & legitimam  
 „auctoritate latam, firmam ex sese &  
 „inconcussam esse debere, nec privato  
 „cuicumque, ut eam infirmet, fas est  
 „inquirere in examen, modum & mo-  
 „tivum, quo lata est. *Si semel*, ait Mel-  
 „chior Canus: *Hæreticis hanc licentiam*  
 „permittimus, ut in quaestionem vocent, num  
 „Eccle-

*Ecclesiae judices eam diligentiam & curam exhibuerint, qua opus erat, ut quaestio finiretur, ecquis adeo caecus est, qui non videat omnia mox Pontificum, Conciliorumque judicia labefactari.*

Saec. XVIII.  
A. C. 1729.

„Addimus quid amplius, & hoc  
„uno argumento absolvimus. Quod-  
„cumque supponatur fuisse Legis mo-  
„tivum, fieri nunquam posse, vi pro-  
„missionum Christi, ut Ecclesia er-  
„roneam acceptet & approbet senten-  
„tiam. Ergo Legis literæ, quæ sola  
„subsistit ac vim habet, standum est, ac  
„supponendum, providisse Christum, ne  
„ulla deesset ex requisitis conditio, ad  
„firmam, certam, & inconcussam defi-  
„nitionem.

„Hæc tanta auctoritatis momenta  
„Sapientissimi Patres juxta mentem Con-  
„clusionis vestræ die octava Novembris  
„ultimi latæ eo adduximus consilio,  
„ut iis moti & excitati dissidentes a  
„nobis Collegæ, quantocius ad obse-  
„quium & unitatem doctrinæ redu-  
„cantur.

„Quid superest, nisi ut in spiritu  
„charitatis, auctoritate vestra inviten-  
„tur, ut memores conditionis suæ,  
„benignæ matris agnoscant vocem,  
„se seque perfecte subditos & sincere  
„obedientes exhibeant, ita censent De-  
„putati vestri, atque ut insuper seratur



Sæc. XVIII. „ a vobis hodierna die solempne Decre-  
A. C. 1720. „ tum in quo.

1. „ Auditis ac perpensis rationum  
„ momentis, quibus abunde constat  
„ Decretum latum diebus quinta & de-  
„ cima Martii 1714. verum esse ac ge-  
„ nuinum, tale a vobis agnoscat, quod  
„ illud idem sacra Facultas iterum ac  
„ de novo suum faciat, pronuntietque  
„ immerito prorsus declaratum fuisse  
„ falsum, adulterinum & commenti-  
„ tium: eradantur itaque & expungan-  
„ tur penitus, quotquot in contrarium  
„ tentata sunt, & in Libris vestris in-  
„ ferta leguntur.

2. „ Constitutionem *Unigenitus*, Regiis  
„ Sanctionibus munitam, & in Regno  
„ promulgatam, summa cum reveren-  
„ tia, & integro cordis & animi obse-  
„ quio iterum ac de novo sacra Facul-  
„ tas amplectatur, tanquam Dogmati-  
„ cum Universalis Ecclesie iudicium.

3. „ Provocatio, seu appellatio, quæ  
„ legitur & circumfertur sub nomine  
„ sacre Facultatis, a prædicta Consti-  
„ tutione *Unigenitus* ad futurum gene-  
„ rale Concilium die quinta Martii  
„ Anni 1717. interjecta hodierna die  
„ revocetur, declaretur nulla, e nostris  
„ Commentariis eradatur & expunga-  
„ tur, una cum aliis omnibus Actibus,  
„ qui prædictæ constitutioni adver-  
„ santur.

„ Quam-

4. „ Quamvis S. Ordinis Decretum Sæc. XVIII.  
 „ mense Martio Anni 1714. latum pœ- A. C. 1729.  
 „ nam exclusionis *ipso facto* incurrendæ  
 „ adversus inobedientes pronuntiet,  
 „ censent nihilominus deputati vestri,  
 „ cum Magistris dissidentibus agendum  
 „ esse benignius, ipsos quantocius mo-  
 „ nendos in charitate Christi, & hor-  
 „ tandos in omni sollicitudine, ut ob-  
 „ temperantes sint Ecclesiæ, Regi, ac  
 „ Decreto S. Facultatis almæ Matris  
 „ suæ; quod si præstiterint promptius,  
 „ æquum judicant iidem Deputati, ut  
 „ S. Facultas suis optimis Officiis apud  
 „ clementissimum Principem efficiat,  
 „ quantocius reddi nobis absentes Fra-  
 „ tres nostros. Sin vero (quod Deus  
 „ avertat) resisterint contumacius,  
 „ quemadmodum & si quidam alii fiant  
 „ a Decretis vestris dissidentes, decla-  
 „ ret S. Facultas *ex nunc pro tunc* eos  
 „ omnes, post concessum tamen ipsis  
 „ aliquod temporis intervallum a vobis  
 „ præscribendum, omni jure Magisterii  
 „ in hoc sacro Ordine excidisse, adeo  
 „ ut eo ipso sine ulla spe reditus pri-  
 „ vati remaneant.

5. „ Cum sacra Facultas providere  
 „ debeat, quantum in se est, ne in po-  
 „ sterum ad suos Gradus admittantur  
 „ quidam, nisi Constitutioni *Unigeni-*  
 „ *tus* sincere sint obsequentes, existi-  
 „ mant

Sæc. XVIII. „ mant Deputati statuendum, ut nulli  
 A. C. 1729. „ deinceps, sive Magistri ad resumptam,  
 „ sive Licentiati. sive Baccalaurei, sive  
 „ Candidati ad ullos Actus admittantur,  
 „ nisi certum obedientiæ suæ testimo-  
 „ nium exhibuerint.

„ Hæc omnia tanquam necessaria  
 „ judicant iidem vestri Deputati, ne  
 „ serpat ulterius tam impotens opinio-  
 „ num licentia, coerceatur perniciosum  
 „ inobediendiæ fermentum, errori &  
 „ diffensionibus aditus omnis præclu-  
 „ datur, redeat pristinus sacræ Facul-  
 „ tatis splendor, pax & vera pax resti-  
 „ tuatur, in qua firmati unanimes uno  
 ore honorificemus Deum Patrem Dominum  
 nostri Jesu Christi.

## §. XX.

*S. Facultatis Decretum de recipienda  
Constitutione.*

**A**bsoluta hac relatione Syndicus pe-  
 tit, ut S. Facultas de quinque illis  
 articulis, ad quos relationis summa re-  
 ducitur, deliberare ipsamque relationem  
 ad acta referre, & si videbitur, prælo  
 committere velit. Re igitur proposita,  
 & mature discussa nonaginta quinque  
 Magistri Facultatis nomine sequens edi-  
 derunt decretum:

„ Sa